

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7173

Autre(s) référence(s) : Round 383

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1175, avril

Lieu d'émission : Bur

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Hommage fait à Henri II par son fils Henri. Acte qui fut publié à Westminster le 20 mai.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 187.
- b. Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Grands rôles des échiquiers de Normandie*, Paris/Caen/Rouen, Derache/Hardel/Le Brument (MSAN ; 15, 16), 1845-1852, 2 vol., p. 167.
- c. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XIe au XVIIIe siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche XXIII.
- d. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCCLXXXVIII, t. 2, p. 37-38.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 383.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 38.

Texte établi d'après d

Ut filii regis Anglorum, quos a sacris paternis consilia pravorum extraxerant, pristinam familiaritatem reciperent et redirent in gratiam, ad omnem sinistram suspicionem penitus amovendam, homagium atque ligantiam patri suo facere modis omnibus institerunt. Quod factum est primitus Cenomannis a Ricardo et Gaufrido junioribus filiis, in Normannia postmodum a rege filio, kalendis aprilis, apud Bur.

Universis Anglie fere majoribus apud Westmustier convocatis, XIII^o kalendas junii, presente rege filio, lecte sunt littere continentes hec verba.

Henricus rex, pater regis, fidelibus suis salutem. Gratias ago Deo omnipotenti et omnibus sanctis, quorum gratia, licet non de meis meritis, supra id quod credi posset me visitavit et exhilaravit. Venit ad me filius meus rex Henricus apud Burum, et die martis proxima ante Ramos palmarum, cum archiepiscopo Rotomagensi, et Baiocensi et Abri[n]censi et Redonensi episcopis, et cum comitibus et baronibus et fidelibus meis quamplurimis, cum multa lacrimarum effusione et singultibus multis prostravit se ante pedes meos, misericordiam postulans cum humilitate, et veniam de iis que commiserat erga me ante guerram et in guerra et post guerram ut paterna pietate ei condonarem. Rogavit etiam cum omni humilitate et quanta potuit devotione, quatinus homagium ejus et ligantiam acciperem, sicut dominus et pater, asserens se nunquam crediturum indignationem meam sibi condonatum, nisi idem ei facerem quod et fratribus suis feceram ad eorum patientie et humilitatis instantiam. Ego autem motus pietate, et intelligens eum ex corde loqui, et tandem esse compunctum et erga me humiliatum, iram ei remisi et indignationem meam, et penitus eum in gratiam paternam admisi, suscepto ab eo homagio et sacramento super sanctas reliquias appositas, quod fidem michi servabit contra omnes homines, et consilio meo in omnibus agendis suis de cetero adquiescet, et quod hominibus meis et suis qui michi servierunt in guerra ista nec malum inde perquiret quamdiu vixerit, sed eos honorabit et promovebit sicut fideles meos et suos, et quod de consilio meo totam domum suam et totum statum suum ordinabit, et de cetero in omnibus operabitur. De hoc autem dedit michi plegios et fidejussores R. Rotomagensem archiepiscopum, H. Baiocensem, R. Abri[n]censem, S. Redonensem episcopos, comitem Willelmum de Mandevilla et barones meos quamplurimos qui presentes erant. Promisit autem confidenter quod de eodem daturus est michi fidejussores dominum regem Francorum, comitem Flandrensem, et Ricardum fratrem suum et Gaufridum, comitem Henricum, comitem Theobaldum, archiepiscopum Cantuariensem et Eboracensem, episcopos, comites et barones citra mare et ultra mare, hac conditione quod, si a predicta conventionione, quod absit, exierit, mecum contra eum stabunt unanimiter, et nullum ei auxilium vel consilium, nisi ad me revertendi, prestabunt.